
3287.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

No. 3287.



M. Tuscher fecit

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

= L N 721

M

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

3287.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

3287.

THRENODIA HOLSATIAE.

IN OBITVM ILLV-
STRISSIMI, LAVDATISSIMAE-
que memoriæ principis & Dn̄, Domini IOHAN-
NIS ſenioris, hæredis Norwegiæ, Ducis Sleſwi-
cenſis, Holſatiæ, Stormariæ, & Dithmarſo-
rum Comitis in Altenburg & Delmen-
horſt. &c. Domini ſui cle-
mentiſsimi.

SCRIPTA

A IOHANNE HARDERO
Haderslebio Holſato.



Vita fugax hominum eſt, vitæ vix vmbra futuræ
Quæ ſtat, & æterno fixa tenore manet.

M. D. LXXXI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

3287.

HOLSATIA LVGENS.

EHeu quis largas lachrymarum fundere guttas,
Perpetuoq; dabit fonte rigare genas?
Si mihi tot fluerent capitis de vertice ſummo,
Quot Viadrus pleno gurgite voluit aquas,
Non tamen vndarum ſatis eſſet, ſi mea damna
Atq; velim triſtem flere, dolere, vicem.
Ille meus Princeps patriæ pater occidit eheu,
IOHANNES ſenior, Dux pietate grauis.
Quicquid flere poteſt lachrymis non temperet vllus,
Lugendi effuſe copia magna data eſt.
Lugete ergò omnes quibus vna eademq; relicta eſt,
Lugendi tanti funera cauſſa Ducis.
Lugete illuſtres Holſato ſanguine nati,
Cognatum atq; patrem, lumina noſtra, Duces.
Et lugete quibus manſueto pectore ſemper,
Iam longo & multo tempore iura dedit.
Vos coluit, patrio vos & complexus amore eſt,
Et fouit tanquam pignora chara ſinu.
Vos inquam latis quotcunq; habitatis in agris,
Nobilium veteri ſtemmate progeniti.
Et vos, diductis huius ſub principis alis,
Quos huc vsq; vrbes incoluiſſe iuuat.
Et vos qui duros didiciſtis ferre labores
Agricolæ, extinctum flete, dolete Ducem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

Tu quoq; lugubri veſtita Eccleſia palla,
Patrono vero iam ſpoliata geme.
Et tu Pieridum ſacris ô dedita turba,
Triſtia largifluis fletibus ora riga.
Ille meus princeps patriæ pater occidit eheu
IOHANNES ſenior, Dux pietate grauis.
Quicquid flere poteſt lachrymis non temperet vllis.
Lugendi effuſé copia magna data eſt.
Ominis an non eſt ſatis? ô ſors aſpera fati,
E medio ſemper tollere ſueta bonos.
Dignus erat Pylios ſenium producere in annos,
Mathuſalemq; velut viuere ſecla nouem.
Dignus erat qui non morti ſuccumberet atræ,
Exemplum veræ nam bonitatis erat.
Sed viſum eſt ſuperis aliter, qui cuncta gubernant,
Et vitæ ſtatuunt vnicuiq; modum.
Mortuus eſt vita magna cum laude peracta,
Quem nemo dicet criminis eſſe reum.
E magis atq; magis ſeri poſt longa nepotes
Tempora laudabunt, principis acta mei.
Aonidum teneris eſt caſtra ſecutus ab annis,
Et primum didicit prima elementa domi.
Hinc ſubitò é puris doctrinam fontibus hauſtam,
Imbibit & ſapuit, ceu noua teſta ſolet.

A tene-

A teneris annis adeò eſt aſſueſcere multum,
Quod iuuenis didicit ſcit memorare ſenex.
Et poſſum verè teſtari tempore ab illo,
Quod fuerit puræ relligionis amans.
Res ipſa & loquitur, teſtantur pulpita cuncta,
Omnibus in templis, omnibus atq; ſcholis.
Quod docuit ſanctus ſcriptis & voce LVTHERus,
Hoc omnes voluit voce docere pari.
O vtinam hæc eadem vox incorrupta LVTHERI,
Omnibus in templis ſemper vbiq; ſonet.
Bella crepant alij, ſed noſter pacis amator,
Sincera coluit relligione DEVM.
Contentus proprijs, alijs aliena reliquit,
Obtinuit rurſus quæq; fuere ſua.
Nemo etenim hoſtili nos vnquam marte petiuit,
Viuere dum noſtro fata dedere Duci.
Pacis amans princeps meritò dicendus vbiq;,
Quem pax ad tepidos eſt comitata rogos.
O DEVS aſtriferi fabricator maxime olympi,
Da pacem poſthac bellaq; pelle procul.
Eſt etenim innumeris potior pax vna triumphis,
Nulla ſalus bello, pax colit arua, DEVM.
Iuſtitiam coluit cum manſuetudine magna,
Nulli vim faciens, omnibus æquus erat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

Rurſus & hunc omnes ex æquo ſubditi amabant,
Et puer & iuuenis, fœmina, virq́ ſenex.
Res, corpus, vitam certis offerre periclis,
Crede mihi nemo qui dubitaret erat.
Ille meus princeps patriæ pater occidit eheu
IOHANNES ſenior, Dux pietate grauis.
Quicquid flere poteſt lachrymis non temperet vllis,
Lugendi effuſé copia magna data eſt.
Heu mihi, Diuorum queror heu tam triſtia fata,
Quod vitæ tempus præripuère Duci.
Quo ſine nunc viuo, ſine quo mihi viuere amarum eſt,
Heu mihi fatales hunc rapuêre Deæ.
Mathuſalem multos vitam produxit in annos,
Et fuit annoſus cum grauitate ſenex.
Longœuus Neſtor tercentum vixerat annos,
Eloquio cuius Græcia clara fuit.
Qui fit quod nunc non centenos viuimus annos,
Et nulli numerant ſecula multa ſenes?
Cuncta ſeneſcentis credo quod corpora mundi,
Ad finem citius languida facta ruant.
An verò multis nocet immoderata voluptas,
Quæ Venere & Baccho gaudia multa petit.
An veró ſolis non eſt mortalibus æqua
Sors, quod tam paruo tempore viuit homo.

3287.

Soli homini natura data eſt inimica nouerca,
Gaudet & humano funere Parca ferox.
Orpheus vxorem nigro reuocauit ab orco,
Dulciſonæ tangens fila ſonora lyræ.
O ego tartareum ſi poſſem flectere regem,
Elyſios manes qui ditione premit.
Mox Erebi cæcas vellem deſcendere ad vmbras,
Sulphureosq́ caua puppe ſecare lacus.
Vt mecum ſuperas princeps remearet ad auras,
Lanificæ facerent cui noua penſa Deæ.
Nondum deſperata via eſt, quis Theſea magnum
Ignorat Stygias iſſe rediſſe vias?
Et ſæuum Alciden quis deſcendiſſe negabit,
Ad phegetontæi pallida regna Ducis?
Quis profugum Æneam tenebroſam Ditis in aulam,
Ad chari alloquium non ſciet iſſe patris?
Ah metuo ne ſint fruſtanea & irrita vota,
Non poſſum votis non timuiſſe meis.
Nam rigidi Plutonis inexorabilis aula eſt,
Et querulas ſurda præterit aure preces.
Quos ſemel auexit crudelis portitor orci,
Non reuehit, paucis eſt remeare datum.
Et timidos manes tria pandens Cerberus ora,
Latratu triplici lurido ab amne fugat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

Optime Dux nulla eſt ſpes nunc te poſſe reuerti,
In ventos abeunt irrita vota leues.
Quis dabit in lachrymas, guttas vndasq; perennes,
Vt luctu extinctum te lachrymante fleam.
Ille meus princeps patriæ pater occidit eheu
IOHANNES ſenior, Dux pietate grauis.
Quicquid flere poteſt lachrymis non temperet vllis,
Lugendi effuſe copia magna data eſt.
Optime Dux memori quoties hoc corde voluto,
Heu cogor fatis illachrymare tuis.
Quare age quid prodeſt, luctu tabeſcere longo?
Et, veluti gentes, quod ſine fine gemo?
Optime Dux igitur perpeſſus fata quieſce,
Atq; tua in tumulo molliter oſſa cubent.
Non eſt in laudes prolixas Muſa diſerta,
Subditus haud præco principis eſſe poteſt.
Quin pietas mortem me deplorare iubebat,
Quæ ſegnem affata eſt talibus orſa ſonis.
Anne tuus princeps naturæ debita ſoluit?
Quid ceſſas? cur non triſtia iuſta facis?
Dux pie, Dux fortis, pietas hæc carmina ſcripſit,
Quæ fuit exequijs officioſa tuis.
Nunc ergo in Domino princeps ô clare quieſce,
Ad mundi extremum ſuauiter vſq; diem.

Quo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

3287.

HOLSATIAE.

Quo Chriſtus veniet cum maieſtate triumphans,
 Angelica incipiet quando ſonare tuba.
Omnibus extinctis, cum ſurgite, ſurgite, dicet,
 Quos inde à primo mors iugulauit Abel.
Iudicium exercens, agnos ſeiunget ab hœdis,
 Diceturq́ malis ite, venite bonis.

EPITHAPHIVM.

HAc Holſatorum Dux fortis & inclytus Heros,
 IOHANNES ſenior, contumulatus humo eſt.
Qui mox à teneris imbutus voce LVTHERI,
 Sinceræ didicit relligionis opus.
Nam tunc cum primum cœpit pugnare LVTHERus,
 Diſcere non ſtuduit dogmata falſa papæ.
Totius & vitæ decurſu tempore ab illo,
 Sincera coluit relligione DEVM.
Pectore manſueto populos in pace gubernans,
 Exemplum ſtuduit principis eſſe boni.
Ius dixit cunctis habito diſcrimine nullo,
 Patronum expertus diues inopsq́ parem.
Tempora ſed poſtquam vitæ probitate peregit,
 Extremum magno clauſit honore diem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

AD MORTEM EIVSDEM.

O Mors quanta tui eſt quàm ſæua potentia regni,
Quæ toto quicquid viuit in orbe domas.
Omne genus volucrum quod limpido in aëre oberrat,
Incidit in Pharetræ frigida tela tuæ.
Nil prodeſt pennis volitare per aëra poſſe,
Nil prodeſt tenues carpere poſſe vias.
Imo etiam, Nereus quos paſcit in æquore, piſces,
Non poſſunt arcus tela cauere tui.
Nil prodeſt ima quamuis celentur abyſſo,
Effera mors aqueum per freta tentat iter.
Omne genus pecudum, nec non genus omne ferarum,
Imperij metuit ſceptra tremenda tui.
Nil prodeſt quicquam magno quod robore præſtent,
Nil prodeſt celeri currere poſſe pede.
Corpora nil prodeſt tenebroſis condere in antris,
Omnia ſunt morti peruia luſtra feræ.
Ac magis humano ſuper omnia funere gaudes,
Hæc eſt læticiæ maxima cauſſa tuæ,
Quod genus humanum ſerpentis fraude necatum,
Ad Stygias certo tramite mittis aquas.
Hîc tibi lata quidem patefacta eſt area campi,
Nam ſine reſpectu ſpicula ſæua iacis.

Siue

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

3287.

AD MORTEM.

Siue ſit in cunis vagitu flebilis infans,
Siue puer, baculo qui ſibi fingit equum.
Siue vir, in bello qui præſtat fortibus auſis,
Et ſequitur lituos bella cruenta gerens.
Siue ſenex, multis qui ſe iam curuat ab annis,
Et iam quærit vbi condere membra velit.
Nil curas iſthæc, magna vi ſpicula torques,
Occidens telis obuia quæq; tuis.
Maxima cum minimis habito diſcrimine nullo,
Tradis arenoſo contumulanda ſolo.
Non metuis reges vel maieſtate tremendos,
Et minus Heroas, magnanimosq; duces.
Nec parcis ſeruo, cui duro vita labore
Conſtat, & exiguum qui vorat ore cibum.
Et neq; diuitijs redimendam à funere vitam
Concedis, nihil eſt Crœſus & Irus inops.
Vltima nempe dies pariter cum diuite egenum,
Tartarei regis regna ſubire iubet.
Nec tutum eſt, toto ſub cælo ponere ſedes,
Mors ſequitur tacito per loca cuncta pede.
Non iuuat Eois vitam transmittere in aruis,
Aureus vnde citis Cynthius exit equis.
Et minus Heſperijs prodeſt conſiſtere in aruis,
Phœbus vbi ſalſis lumina condit aquis.

Mors

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

AD MORTEM.

Mors violenta plagas paſsim dominatur in omnes,
Et procul emittit ſpicula torta manu.
O mors tanta tui eſt tam ſæua potentia regni,
Quæ toto quicquid viuit in orbe domas.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

3287.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)

3287.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3287 4° (LN 721)